

taxat 1688. cum has publico libello nautas spargeret Pilius; non autem sexto anno, quo eas primum Theſibus publicis evulgavit Philippus de Vos? Iis in nugis myſteria alia rimaris; atque, ubi plana ſunt omnia, ſtructas infidias putas. Quod autem conteltantam illam denunciationem, anno duntaxat 1688. interpoſuerit Vir eximius; ac non potius 1682. quo primum intentata calumnia eſt; id unum in cauſa fuit, quia editis duntaxat Theſibus veſtigationem Philippus intruſerat, ſoliſque idcirco fuerat contrariis Theſibus reſcillendus. Aſt ubi, relicto Scholæ ludo, novum pugne genus inſit Pilius, librumque, quo calumnia pondus adderet, evulgavit, nova quoque deſenſionis ratio tentanda fuit. Non itaque ſpatio ſex omnino annorum ad eandem objectionem altum fluit Vir eximius, ut eſt; ſed Theſes publicas amul obſectatoris Theſibus non ſemel oppoſuit; anno ipſo 1682. collatoque pede, ac pari armorum genere, cum adverſario certavit. Nec vero mirandum, ſi, procurato Romæ authentico teſtimonio, ora ægulis obſectatoribus non occluſit: cum ea ſacro Inquiſitionis Tribunali conſuetudo non fit, ut in abſolvendis, probandisque libris, dati iudicii exemplum conſultentibus tradat: ſed quos doctrinæ puros, & integros cenſet, indemnatos ſuæ fortunæ permittat, reſponſo, ut ſumme, in aurem dato.

CAPUT XI.

Fuſiles Eleutherii in Belgicis Cenſuras criminatio- nes obiter repelluntur. Quam abſurde contemptarum Academicarum crimen in nos tranſferat, de- monstratur.

HAſtenus Belgicis Cenſuris, oblique tantum, ac per cuniculos, erroris, atque hæreſeos notam attriſiſti. Servatus, externa ſaltem ſpecie, in inferenda atroci calumnia, modus aliquis, ne in Sixti V. ejuſque Legati edicta, palam, aperteque noxam admitteres. Nunc accepta fiducia, Calvinianos illis, ac Janſenianos errores audacter aſſingis, quorum elenchum & indicem conſicis; ſatis modeste conſultum putas, ſi conſtatæ criminatioes acerbiffimas, *modestas in Cenſuras animadverſiones* appelles. Verum, cum veterem duntaxat cauſam occentes, qua Moliniana Scholæ Profeſſores in varia duplici vocabuli *gratia ſufficientis*, & bene agendi poteſtatis acceptio- ne ab annis amplius ſexaginta tricantur, ac ludunt; eaque ipſa commentitiorum errorum capita denuo Belgis obſicis, quæ a Præſepito Generali tuo, Tyſo Gonzales, ante annos circiter tredecim in *Parallelo Thomiſmi veri, & falſi* obſecta ſunt; habe tibi quoque Liberti Hennebelii, Viri Clariffimi, atque doctiffimi adornatum Romæ Reſponſum, ſupremis fidei Quæſitoribus datum, (1) quo offuſas nebulas omnes, in mero æquivoco ſitas, expeditiffime depulit. Unum duntaxat monendus venis, ne in retegendis commentitiis Academicarum erroribus, peculiareſ Randuri, & Couverdeni lucubrations, *de veritate, & æquitate Cenſuræ Pontificiæ &c.* (2) venerando Duacene Academicæ nomine vendites, eaque ſubdola arte, rerum iſtarum inexpertis ora ſublinias, ſumumque incautus lectoribus vendas.

Ea in deprimentis, ac ſuggillandis ſtrentiffimis Academicis præſidentiam, excuſationem apud æquos æſtimatores habituram, exiſtimavi, ſi hoc idem a me crimen admiſſum, ostenderes, violatæque pari audacia Academicæ maieſtatis reum traduceres. Idcirco irrita perinde a me, ac nauca

habita recolis, Germanicarum Academicarum iudicia, quæ pro Leſſio, a Belgis exagitata, ac tum pro Molina, celeberrimarum de Divinis Auxiliis Congregationum Cenſuris inuſto, pronunciarunt: *Obſcura Academicarum nomina* identidem a me dicta, *jejunæ iudicia* nuncupata, Cenſuras iure nullas, ac futiles appellatas, exprobras. Nemp, ut video, Academicas omnes eodem loco, ac numero cenſes; pariſque audacia eſſe putas, ſi quis quaſeſcumque (etiam ubi maxima ratio ſubeſt) rideat, ac ſuggillet. Aut forte non ſatis in bono lumine collocatam legiſſi Lib. I. cap. 3. & Lib. 4. cap. 18. totam illam Germanicarum Academicarum fabulam, riſu omnium, & cachinnis excipiendam: in qua ſub honeſto Academicæ titulo, latentibus ſub inſulis Socii, diſſimulata Jeſuitica profeſſione, in cauſa domeſtica iudicium aſſectant, ſibi ipſi jus dicunt, amaras in partem adverſam Cenſuras expediunt. Hæc qui non ridet, ſed cultu, atque veneratione excipienda putat, ridendus & ipſe eſt.

Alia, quæ neſcis, contemptarum, ut ais, Academicarum exempla, nulla me ratione contingunt; tanque mihi inſuper obſicuntur, quam ſi quis mihi Jeſuitarum Anglorum de Pariſienſi cæterarum Principe Academicæ profeſſorem iudicium criminari daret, quo *ſæcem Academicæ, inania Cenſurarum ejus nomina*, pro ſua in Academicum nomen veneratione, nuncupabant. (3) Equid enim in crimen vocor, ſi quis nuperiffima Belgicarum Academicarum iudicia de Viri perilluſtris Henrici Denis dictatis ſcriptis, ab omni æquitate alieniffima dixit, contrariamque Facultatis Theologicæ Colonienſis ſententiam, uti *preſide veritatis Spiritu* editam, antepoſuit? Si quis Duaceniſis Scholæ Decretum in Hiſtoriam Belgicarum Cenſurarum Deſenſionem, facit, ac ludis except? Si quis, mutatam ad præſens Lovaniienſis Academicæ fortunam dolenter expoſuit, vertique dedecori? Si quis tandem, ad Prothei normam, mutari facilis, eodem Academicarum Magiſtros, ac Profeſſores, ut proſperos ſibi vel adverſos experitur, aut palpat, aut lacerat? Hæc omnia nihil ad me, ac ſeu vera, ſeu falſa ponantur, tam non adornatam a me Auxiliurum Hiſtoriam ferunt, quam nec Titi Livii Decades.

Illud me verius tangit, quod in ea peregrinarum hiſtoriarum narratione obiter notas: aliquas olim D. Thomæ ſententias, Pariſienſis Academicæ iudicio damnatas eſſe; ut eo ſaltem exemplo Leſſium tuum, a Belgicis Academicis male multatum, receres, qui talem, tantumque pœnarum focium habuerit; & Academicarum Principis ofores, & contemptores, ad majora in dies tentanda ſtimules, & accendas. At, qui latam in Doctorem Angelicum, damnationem, ex Prædicatorum Chronico narrare geſtis, illud ſcito: Nuncquam Theologos Pariſienſes Divi Thomæ ſententias diſtincte damnaffe; ſed in aliquas duntaxat Theologorum, ac Philoſophorum opinionum cenſuram expediſſe, inæunte ſæculo 13. quarum aliqua, ſecutis inde temporibus, cum D. Thomæ ſententiis congruere, nonnullis Interpretibus viſæ ſunt: quales iſte erant: *Quia intelligentia non habent materiam, Deus non poteſt facere plures ejusdem ſpeciei. . . Deus non poteſt multiplicare indiviſua ſub una ſpecie, ſine materia. . . Formæ non recipiunt diſiſionem, niſi ſecundum materiam.* Quæ non ita commode cum D. Thomæ principiis conciliantur. Tanta vero fuit Academicæ in Doctorem Angelicum veneratione, ut ob id unum, quod ejus doctrinam, lata pridem in alijs damnatione, oblique petitam, aliqui dicerent, iudicium ipſa ſuum

ſuum ſponte reſciderit, conſpirantibus Doctorum omnium votis, Stephano Epifcopo Pariſienſi, hujus nominis tertio, comitia dirigente, anno 1325. Decretum integrum extat in fronte Indicis Operum D. Thomæ Romanæ Editionis, Pii V. Summi Pontificis juſſu adornatæ anno 1570. cujus hæc ſunt poſtrema verba: *Inquiſitione facta ſuper dictis Articulis apud Doctores Theologicæ Facultatis, & eorum Congregatione generali Regentium, & non Regentium, ſecularium, & Regularium ad hoc ſpecialiter convocata: comperto per Dei gratiam, dictam Conſeſſorem beatum, & Doctorem egregium nihil ſenſiſſe, docuiſſe, ſeu ſcripſiſſe, quod ſane fidei, vel bonis moribus adverſetur: de conſilio venerabilium Virorum Decani, & Capituli Pariſienſis, & venerabilis Patris Domini Guillelmi, Dei Gratia Vienneſis Archiepiſcopi S. Theologie Profeſſoris, & aliorum viginti trium Magiſtrorum in Theologia, una cum R. Patre ſupradicto, in Litteris cum earum ſignillis, per præſatos Commiſſarios nobis commiſſis; necnon & viginta novem Bachelariorum in Theologia, ſuper hæc per Litteras, eorum proprijs ſubſcriptionibus, & ſigillis munitas, conſultentium, & rogantium humiliter, & devote, & aliorum diſcretorum ſolemni, ac maturo conſilio ſuper hoc habito: ſupradictam Articulorum condemnationem, & excommunicationis ſententiam, quantum tangunt, vel tangere aſſerunt ſentiam Doctrinam S. Thomæ predicti, & Doctoris eximii, ex certa ſententia tenore præſentium totaliter annullamus. In cujus annullationis teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud Berriliacum anno 1325. die Jovis ante ſacros cineres.*

SECTIO TERTIA.

Reſellit Eleutheriana Hiſtoria Liber alter, quo res in Hiſpania geſta ab anno 1581. uſque ad annum 1594. peſſima fide referuntur.

CAPUT PRIMUM.

De Banneſi Actione in Theſas, a Prudentio de Monte major anno 1581. Salmanticæ deſenſas; deque obſecta Moliniana Concordiæ publicationi in- terceſſione.

Quid Theſum occasione Salmanticæ geſtum, Lib. I. cap. I., latamque in Prudentii aſſerſiones, Inquiſitionis ſimul, & Academicæ Cenſuram, obſervavimus. Reclamas tu modo, genuinamque Theſum doctrinam, in iudicium deductam indemnem evaſiſſe, ſidenter ais. Verum quo teſte, amabo te, quove auctore? Non alijs proſecto, niſi Sociis tuis, ac concellitis, eadem ſubinde lite implicitis, Antonio de Padilla, & Ludovico Valdivia: illo quidem, data poſt annos undeviginti ad Cardinalem Bellarminum Epitola, iſto vero in manuſcripta Provincia Castellana Societatis Hiſtoria, conteltantibus, Propoſitiones, a Prudentio deſenſatas, nulla fuiſſe Cenſura inuſtas. Aſt ego latam Cenſuram evici, non modo Prædicatorum, quos pari forte jure rejice- res, teſtimonio, ſed ipſorum etiam Societatis Profeſſorum ſuffragio, qui fidem hæc in parte locuple- tiſſimam faciunt.

Reponis, ne viclus illorum ſuffragio videaris: vere quidem ſacre Theologie Salmanticenſes Magiſtros omnes, a Valliſoletano Judice in unum convocatos, judicaſſe, predictam doctrinam, temeritatis, & erroris nota dignam eſſe: at non eam doctrinam, quam deſenderat Prudentius de Monte-major, ſed quam Ban- Serry Tom. II.

(1) Paulus Leonardus.

ſus ſexdecim propoſitionibus expreſſam ſixerat invidioſe, & pro germana Prudentii doctrina S. Inquiſitioni obtruſerat. Has tu tenebras obſcuroſ lecto- rum oculis. Verum non fictas ad abſtrictum, & invidioſe digeſtas propoſitiones, Cenſoris notis inuſtas, ſcribit Concellaria tuus, (1) a me pro- ductus in teſtem, ſed ipſa Theoremata Aſtus (quem vocant, majoris) in celebri Theologorum præſate Univerſitatis Gymnaſio, a Prudentio de Montemajor anno 1581. propugnata, in his, quæ ad prædeſignatas aſtum liberorum ſpeſtabant: aliaque, ut telum eludat, ſuffugia querit; nonnullos duntaxat, iniquens, Academicæ Magiſtros, eoſque, a Banneſio officiis devinctos, in eam ſententiam conſeſſiſſe. Qua in re fabulandi licentiam in uroque ex æquo miror, qua, quidquid mentem ſubit, idem ſidenter obtruſit: ac modo Prudentium in tuto ſit, nihil vobis cura eſt, quid a vero, quid ab invicem diſſideatis. Tu quidem Academicæ Magiſtros omnes in damnationis ſententiam conſpiraſſe com- dicas, eo te demum revocas, ut non de Prudentii Theorematis aſtum velis, ſed de propoſitionibus diverſiffimis, a Banneſio peſſima fide digeſtis. Leonardus e contra, cum ipſa Prudentii Theoremata cenſoris notis inuſta norit, pauculos tantum Academicæ Magiſtros in damnationis ſententiam conſpirantes, illoſque a Banneſio ſubornatos, comminſcitur. Adeo vos una tuendæ domeſticæ cauſæ ratio intentos habet, non ſimplicis veritatis ſtudium. De reliquo miſeras conſe- cturas, quæ adverſus apertam facti veritatem pug- nant, ut nullam anno 1581. adverſus Prudentii aſſerſiones latam cenſuram evincas, reſuſas omnes ad unam habes Tomo 2. Gallicæ Deſenſionis, art. 4.

Obſecta a Banneſio Moliniana Concordiæ publi- cationi interceſſio, nulla a te ratione deluditur, nullo momento reſatur; ſed vanis de ludo declamationibus, a me pridem occupatis, & contrariis Societatis ipſius Profeſſorum teſtificationibus, falſi convictis. Eas ad certa capita revoco, quo palpari illarum vanitas poſſit.

1. Banneſium, ejuſque Collegas, in naſcentem Moliniſmum tam ſtrenue decertantes, livore malo, invidia, æmulatione concitatos, dicis. Sed dicis tantum: rationes, quæ id adſtruas, calamo hærent: tibi que interim ora verberat Didacus Beſa, a me diu ante laudatus; qui purus licet, putaque Molinianus, in Molinam actiones laudabili tuendæ fidei zelo tribuit Tom. 3. Comment. moral. in Evangelicam Hiſtoriam, lib. 15. cap. 2. §. 7. *Laudo*, inquit, *ſacrum Prædicatorum Ordinem, qui pro fide ſans, ubi Ludovici Molina Societatis Jeſu ſplendidiffimi Theologi, Concordiam de Libero Arbitrio ſuſceptam habuit, rem ad fidei iudicem, Summum Pontificem devolit; & vel ſuſpecta dogmata aſterico notans, coram tanto Judice alacriter pro fide certavit.*

2. Suborientium Molinianorum Theologorum doctrinam ad 13. capita ab eodem Banneſio revocatum, ab Archiepiſcopo Toletano, ſupremo fidei Quaſitore, minime damnatam obtendis; ſed doceri duntaxat veritam, donec exadiori iudicio diſcutteretur. Cujus tamen fabula tibi nullus eſt auctor, niſi forte, quem laudare erubiſti, Molina ipſe, idem ſcilicet pro te teſtis, & reus, qui Castellana Inquiſitionis Cenſuram videns in Appen- dice, *Propoſitiones doceri prohibitas*, inquit, *eo quod eas magis examinari vellet.* Sed huic ora verberat Henricus Henriques, Sodaliſm alter, in ſuffragio Cenſorio, edito anno 1594. jubente in Hiſpaniis ſupremo fidei Quaſitore; ubi vere la-

F tam

(1) Exiſtat in Append. (2) Vide ſupra Cap. 8. (3) In Spongia.

tam Censuram in eas propositiones agnosceat: *Nec terretur Molina*, inquit, *Censura*, quam novis datam *S. Officii*. Quam etiam aperte, distincteque damnationis sententiam vocat Card. Baronius, in laudato sapius a me Codice M.S.S., in Bibliotheca Card. Riccii alias asservato, cujus mihi ejusdem germanus Frater copiam fecerat.

3. Interpositam a Banneio Moliniana Concordiæ publicationi intercessionem, objectamque suscitati Pelagianismi accusationem, imprudentis, ac cæcæ præcipitationis incusatus: tanquam eo tempore facta fuerit, quo necdum accusatorum oculos subierat Moliniana Concordia; nec, nisi audaci divinatione, ulla in eam criminatio intendi poterat; utpote cum *necdum venalis proferret Liber*. Equot, quæso libri nondum venales profant, qui, tantilla adhibita cura, in eorum, quorum interest, manus veniunt? Sed & vide, quam belle tecum ipse consentias, dum Banneium, non nisi *audaci divinatione*, ignotum *Librum* Pelagianismi erroris incusasse, didicisti; quem tamen decem ante lineis representas hominem, late notum, & multi commercii cum potentibus amicis, qui rebus ad certum exploratis, facile internoverat, Molinæ Librum suam de prædeterminationibus doctrinam everfurum. Certe, quo ille commercio, providaque, ac diligenti observatione didicerit, suam de physica prædeterminatione doctrinam paratam Molinæ Concordia consutari; quid-ni quoque, si quid Pelagianis Concordia saperet, addicere perinde potuit?

4. Banneium, ceterosque Prædeterminationis Assertores, ad inferendam Molinianis paradoxis Pelagianismi accusationem, incensos comminisceris, ne palam ipsi, uti Calviniani, traducerentur: cum potius fecus res ipsa cesserit, atque ad inferendam Scholæ Thomisticae Professoribus Calvinismi accusationem invitati sint Moliniani, ut Pelagianismi notam effugerent. Testis mihi sit Joannes Martinez de Ripalda, Socius & ipse, Tom. 1. disp. 113. sect. 9. n. 53. ubi Fuliensem Molinianum, a quo commentum mutuatus es, naso suspendit, *Bannes*, inquit ille, *per plures ejus discipuli in publicis disputationibus, privatique sermonibus, ceperunt notare illam sententiam, (nempe Molinæ) ut Pelagianam; Nostri contra, ut notam Pelagianismi evitarent, objiciebant oppositæ notam Calvinismi.*

5. Datam a Bartholomæo Ferreira, Moliniana Concordiæ approbationem in cælum evehis; & quæ ego ad ejus auctoritatem elevandam innuebam, calumniæ postulas. Verum & hoc idem innuerat ante me Henricus Henriques, idoneus plane testis, in Censura paulo ante laudata; nihilque Approbatoris verba moratus, librum a se, *qua poterat diligenter examinatum* profitentis, eundem nonnisi cursim ab illo evolutum, contestatus test. *Liber*, inquit, *de Concordiâ approbatus solum fuit in forma communi a Bartholomæo Ferreira, cui commissus est: Et quod ille cursim non advertit, potuit ab aliis, mature Librum legentibus, animadverti Censura dignum.* Qua sint interdum librorum Approbatoris facilitate, indulgentia, supinitate, tu melius cæteris dixeris, Eleutheri, si quantum in Marcello tuo expertus es, fateri velis. Dixerit Tellerius intimus tuus, cujus demum Approbatoris, datum tanta cum laudis significatione suffragium, ex juris formula resciderunt. Dixerint illi Censores, qui, facta non ita pridem Archiepiscopo Parisiensi denunciatione, declararunt, se de libris nonnullis, ne lectis quidem, & evolutis, ex Auctorum duntaxat nomine judicium fecisse, suoque probasse calculo: Ut hinc videas, haud ita temere a me dictum, libros quandoque *incircumspecto, ac nulla forte premissa lectione*, a Cen-

foribus, plus æquo indulgentibus, approbari. Num ea in Molinam indulgentia usus sit publicus Censor, nec definiti certo, nec, si definitur, labore, aut curo; qui unius duntaxat obscuro nominis Theologi suffragium in minutis pono; cuiusvis demum iniquitati fingatur esse. Illud tamen citra dubium affirmavi, hunc Moliniana Concordiæ suffragatum, quo tempore nulla mali suspicio suberat, nulla instructa querela, quæ supinum, ac desidem excitaret, ut intenderet animum. Nec vero dicti penitet, quidquid repugnet. Et si enim doctrinæ, in Scholæ Salmanticensis nuper inducæ, occasione, motus haud ita leves in Hispania exciti essent, de quibus paulo ante dicebamus; nondum tamen Lusitaniam pervaserat rumor: aut certe, si pervasisse omnino velis, tragediam, ut maxime, a Prædicatione datam fama tulerat; nec quid illi cum Molinâ, nondum in scenam ingresso, commune esset, renunciaverat; ut aliquam affectatæ ab eo novitatis suspicionem injiceret, quæ Ferreiram, novæ Concordiæ Censorem, teneret attentum.

Equidem compertum mihi, perspectumque est, non eo post animum tertium fuisse loco Molinæ res, dum in primam Partem D. Thomæ Commentarios evulgavit; suscitarique ab eo Pelagianismi delationes, diu ante auditas, injectamque affectatæ novitatis suspicionem, Censoris novi Operis attentionem, ac diligentiam acquirere potuisse. At nec illud ignotum, Molinæ in 1. Partem Commentarios, quantum ad Divinæ scientiæ, voluntatis, providentiæ questiones attinet, eandem omnino doctrinam summam referre, quæ vulgata jam Concordia tradebatur: immo Concordiam ipsam totidem verbis, ac syllabis magna ex parte completi: quam cum suffragio jam suo probasset publicus Censor, contractæ obligationis necessitate tenebatur, ne calculum secundo rogatus abnueret.

6. Tandem, & ultimo, judicium secundum Molinam in Lusitana Inquisitione, ex juris formula, atque auditis utriusque partibus, latum deblateras, ac recitatis Alberti, Cardinalis Austriae, supremi Quæstoris, Epistolis, evincere tibi putas. Quam id pessima fide vulgarit tui, dictum satis Lib. 1. cap. 13. necnon etiam Tom. 1. Gallicæ Defensionis, cap. 8. primæ partis, & Tom. 2. art. 14. & 16. ubi Sodales tuos, fabulæ precentores, ac vitiatæ Inquisitionis Epistola fabricatores, tam belle pro meritis defriculimus, ut nihil dictis adjicere necesse sit; modo hæc a prudenti lectione relegantur, restatque iudicii lance ponderentur. Unum ad eumsum monebo, te tuis longe turpius aberrasse, dum intentatam primo in Molinam Pelagianismi accusationem, a Prædicatoribus subinde silentio pressam, fabularis, postquam Libri copiam nacti, tres omnino menses, indulgente supremo Lusitanicæ Quæstoris, ejus executioni insumpseris. Gerra, nugæ! Banneium, lecta, & evoluta Concordia, propositi tenacem, & in affricanda Pelagianismi nota constantem, probat tertia ejus in eandem objectio; ubi varias Molinæ assertiones in crimen trahit, de æquali in stantibus, & cadentibus auxilio Dei, de Gratiæ efficacis, ab innata libertate, hominisque bene utentis arbitrio, pendula: in quibus Massiliensium errorem ex parte locabat Banneius, locavitque re ipsa Auxiliorum Congregatio, ut ex lib. 2. cap. 19. & lib. 3. cap. 43. compertum est. Ad hæc, cum tredecim assertiones a Castellana Inquisitione proferri, curasset Banneius haud ita pridem, quod ad Pelagianos, & Semipelagianos errores accederet; injectam suscitati Pelagianismi accusationem sat bene confirmari, existimabat, si Molinæ paradoxa in illas ipsas tredecim assertio-

nes recidere, demonstraret: quod tota illa objectionum epitome planum facit.

Ex hac porro hallucinationum tuarum confutatione a prudenti lectione nullo negotio deprehenditur, quam optima fide narrata a me fuerint, quæ nonnisi per calumniam Molinæ tuo affecta quereris: quam certa, & indubitata sit Archiepiscopi Toletani Censura: quam fabulosa Lusitanæ Inquisitionis sententia, ex juris formulis, & auditis partibus, lata; quam demum dolose adulterata, ac fabricata Alberti Cardinalis, & Quæstoris Epistola, ex qua una reportati ab Ludovico Molina triumpho narrationem adornas. Depone ergo plenas odii, ac livoris infectiones, quas nec honestas Ethicis, nec pietas Christianis licitas facit: mitte plena contumelia convicia, probra, maledicta, quæ mihi in os ingeris audacissime; quod res fecus, quam velles, recensuerim, nec portati triumpho palmam Molinæ tuo detulerim. Quin vide potius, num multa mihi tu ipse per calumniam affingas, aut maligne detorqueas; ut, specioso iustitiæ titulo, cruda in me verba jacias, ac, per ipsam pietatis speciem, maledicentiam exerces.

Latam enim Archiepiscopo Toletani Censuram, ab ipso Molina in Appendice agnitam, dixi non quod illam eo ipso vocabulo nuncupavit, aut suam ipsius doctrinam eo loco petitam, fassus sit: cum potius illum viribus aduati, dixerim, ut ab ea sese utcumque expediat: sed quod facti confessionem non defugerit, latamque re ipsa sententiam agnoverit; cui tamen, ad amovendam invidiam, Censuræ nomen dare noluit, quod illi, meliori utique jure, Henriqueus dedit. Ceterum nupiam ego Molinam fatentem dixi, *Propositionem suam esse censuram*: (1) quam mihi calumniam, fœda barbarie conditam, adeo fidenter affingis, ut digna Rhemii, & Palæmonis audacia, Grammaticos etiam inelames, qui censoriam in me virgam exerceant: *Vosram o Grammatici Censuram!* Tuam, Eleutheri, fidem, quin ego verius exclamem? Ab ea quippe barbara voce usurpandam procul abui, quam ab eo, quod mihi tribuis inani commento.

Propositiones autem, ab Archiepiscopo Toletano proscriptas, a Molina in Hispania traditas, nec finxi, uti deblateras, nec somniavi: cum illud, natione licet Castellana, nunquam tamen illic terrarum Theologiam tradidisse, certo noverim. At illud simpliciter scripsi, iis illum dogmatibus Concordiam perperisse, quæ non ita pridem Toletanus Antistes Censura proscripterat; eaque ratione factum, ut *velitas merces illo comportare coactus sit*. Ex qua quidem loquendi formula id, ut summe, colligas, substituisse Molinam alicubi in Regno Castellæ; at non itidem e loco publico docuisse, antequam in Lusitaniam (ubi pridem Cathedram Eborensem moderatus fuerat) secundo rediret, paratam Concordiam typis publicis editurus. Hæc porro coherere maxime. Quorsum enim Molinam aliquandiu sub ea tempora in Regno Castellæ substituisse nolles? Nempe, quod publicum Eboracensem Professore ageret in Lusitania. At id tam falsum, quam quod maxime. Diu enim docendi cura abduxerat sese, dum Concordiam edidit; ut ex publici Censoris approbatione certo liquet, ubi *Primarius olim in Academia Eborensi Theologia Professor* nuncupatur. At de his plura Tom. 2. Gallicæ Defensionis, art. 10. 11. 12. 13.

Jam qui a te jaçantur, Moliniana Concordiæ, in discrimen adductæ, suffragatores, æque fictitii *Sery* Tom. II.

(1) Barbarum vocabulum *consuram*, a me usurpatum, mentitur, ob idque Grammaticorum ferolas minatur, & hæc ipse barbaram vocem usurpat pagina 154. col. 1. & p. 244. col. 2. ac sexcentis plus minus locis toto passim libro quarto. (2) 1593. 1594.

perhibentur, ac tuum illud Judicium Lusitanum, ex juris formulis constitutum, solius adulterinæ Lusitani Quæstoris Epistolæ fide decantatum. Joannes de Las Cuentas adeo non Concordiam approbavit, ut eam potius una cum cæteris Castellanae Dominicanorum Provinciæ Professoribus, doctrinæ pessimæ, ac suscitati Pelagianismi postulerit: quod invictè cap. 13. lib. 1. demonstratam est. Nec audiendus Petrus Arrubal, tuæ hujus fabulæ prætor, in sua ad PP. Prædicatorum Apologiam responsione: quippe quem eo in capite falsi postulerit Didacus Alvares, in suis ad ejus responsionem observationibus; Molinæ Librum *ab uno duntaxat Barbolomæo Ferreira* probatum, contendens; remque totam præter juris formulas Ulyssipone gestam, asseverans. Nec video, quo jure, donec graviora momenta succurrant, tuis potius sit danda fides, quam nostris. Cæteri vero, qui jaçantur, Castellæ, & Aragoniæ Cognitores, quorum suffragia, ut tuto illic, ac libere Concordia distrahi posset, rogata sunt, nullo peculiari instructo iudicio, sed *visa* (ut loquitur Alvaresius) *Censuris publici Lusitanicæ approbatione, amoverunt*. Neque enim districtum librorum examen intrai solet, ubi non edendi venia, sed intromittendi duntaxat, ac distrahendi consensus desideratur: maxime si juxta juris præscripta editi perhibentur; nihilque fronte preferant, unde exoriri suspicio possit. Videbis Tom. 2. Gallicæ Defensionis, art. 16.

C A P U T II.

De variis Concordiæ Editionibus, necnon de multiplici in Molinam expostulatione, tum a nobis, tum ab aliis Theologis intentata.

Pauca circa varias Moliniana Concordiæ editiones observavi, in quibus temere cavillaris. Adjectas in primis Editioni Antverpiensi disputationes aliquas dixi; nec falso. Quator enim ad eam disputationes accessere, cæteris passim immixta: nempe Disputatio 27. in questionem 14. D. Thomæ, cujus initium est: *Post primam hujus Concordiæ editionem* &c. pag. 114. Disputatio 38. in eandem D. Thomæ questionem pag. 152. disputatio 53. in quatuor membra distributa pag. 239. ac demum Disputatio 3. in questionem 23. pag. 394. ut nihil de variis paragraphis, passim additis, dicam hic. Inversum deinde in singulis editionibus disputationum ordinem observavi: nec immerito; ob auctum scilicet hæc, & illac illarum numeram in editione Antverpiensi; ac tum ob detractam in editionibus Lugdunensi, & Veneta, (2) disputationum plurimam partem. In iis quippe tota, ut bene nosti, Concordia non habetur; sed a tertia disputatione in questionem 14. D. Thomæ exordium ducitur; tum a 22. disputatione ad trigessimam, mediis omissis, recitatur; dein expungitur trigesima quarta; ac tandem, cæteris omnibus ad quadragesimam quantum ex integro datis, ad membrum ultimum disputationis primæ in questionem vigesimam tertiam D. Thomæ devenitur, prioribus membris expunctis: atque in hunc modum summa Operi manus imponitur. Quid tu itaque vitiligas, præposterumque disputationum ordinem in nullam Concordiæ editionem inductum ostendis: quasi dispositas ordine præposterò disputationes inuifsem; aut forte non ea, quam dixi, satis sit ordinis mutatio, atque inversio, ut, quod Lemo-

his observavit, incommodum, inter disputandum accideret? De impressionibus autem plurimis, inquit ille in Panoplia Tom. 1. Tract. 6. cap. 2. *indivisa verba paribus Libris iste Antverpiensis, Venetiis, & alibi, semper quibusdam de novo additis, & quoad ordinem mutatis, fuit excusatus; ita ut, quando citabatur Molina in uno loco, ostendentes Patres Societatis aliam impressionem, preterderent, in tali loco ob ordinis mutationem non inveniri: quod non semel fecerunt, nec nostrum est in particulari numerare.* Ac licet designtatis editionibus, unde momenta petebantur, citari potuisset incommodam, modo optima utrinque fide res acta esset; viris tamen moras de industria neclentibus, summum vel in minimis ludendi, ac cavillandi studium erat. Sed ad graviora veniamus.

Observare mihi postremo contigit, Molinam in Antverpiensi editione multa expunxisse, contra communem Theologorum doctrinam asserta. Proh, quantum a te querelarum breve verbum elicit! Quantum laboris, ac tædii, ut accusationem repelleres, tolerasti! qui geminam editionem, Ulyssipponensem, & Antverpiensem, de verbo ad verbum, si tibi quidem fides est, contulisti; ut non multa, sed novem ad summum Concordiæ loca, secundis curis emendata, lectorum oculis sisteres. Non erat tamen, cur tantum molestiæ devorares; cum paucis iis verbis satis innumeris, in quem præceteris Molinæ locum digitum intenderem: nimirum in questionem 23. art. 4. & 5. disp. 1. mem. 6. & 7. *His ita constitutis, cujus hæc primum verba erant, in editione Ulyssipponensi: His ita constitutis, ut ad rem redeamus, salva reverentia, que dno Thome debetur magna, non miror, si communior Scholasticorum sententia, præsertim eo modo intellecta, quo verba D. Thomæ hoc loco ad tertium sonare videntur, a multis dura nimis, indignaque Divina bonitate, & clementia judicatur.* Hæc enim, in eam communiorem, ut fatetur, Theologorum, ac D. Thomæ sententiam, probra congererat, qua dicitur Deus, absoluta, & efficaci voluntate, ante prævisionem boni, vel mali usus liberi arbitrii, alios quidem prædestinasse ad gloriam, alios reprobatæ. Quæ partim expuncta, partim mitigata deprehendimus in editione Antverpiensi, cujus hæc ipsa verba sunt: *Ex his patet, opinionem de prædestinatione, quoad illud secundum, qualem supra diximus nonnullis eam amplecti, ac defendere, tribuendam non esse Augustino, neque item D. Thomæ, qui Augustini solum est vestigia secutus, manifesteque affirmat, Deum velle, omnes universim homines salvos fieri, si per ipsos non steterit.* Immo vero, est hi duo Patres in eam sententiam inclinassent, salva eorum reverentia, que ipsis debetur maxima, quoad illud secundum admittenda non esset. Neque enim miror, opinionem illam eo pacto intellectam, a multis duram nimis, indignamque Divina bonitate, & clementia judicari.

Reponis tu quidem, eundem utrobique quoad substantiam sensum esse, paulo duntaxat potrema, in editione explicatorem. Mihi autem, & quotquot rem accuratius expendunt, videtur aliter. Priori quippe loco, quam sententiam de Divina prædestinatione oppugnat Ludovicus Molina, hanc communiorem apud Theologos vocat, ac nihilominus Censuris inurit; altero hanc ipsam nonnullis duntaxat Theologis tribuit, quo minus audeat Censura videatur. Eandem illic Divo Thomæ sententiam adjudicabat non illibenter, quam hic vel Augustino, vel Angelico Doctore tribuendam, aperte negat. Quis eundem utrobique sensum dixerit?

Prolixiori mihi de variis in Molinam expo-

lationibus sermo foret, si in hæc Scholæ difficultates deuo ingredi animus esset: ut, nihil per calumniam Molinæ a nostris impostum, demonstrarem, & quam cassam in lavando æthiope operam ponas, perspicuum facerem. At ne id oneris iterum mihi sumam, non ea solum ratio facit, quod facti duntaxat quaestiones, ac nuda historia capita, quantum officii ratio postulat, mihi sumperim expendenda; sed quod nihil a te ad Molinæ purgationem, exceptis, quibus abundas, maledictis, atque conviciis, proferatur, quod in facris Confessionibus, quorum historiam dedi, cumulatissime dilatum, confutatamque non ferit: ad quos si modo oculos flectere lectori liberit, ostendat tuas omnes, technas, fallacias, & a Molinæ patronis millies objectas, & ab eruditissimis Censoribus occupatas, retusas, obrutas, nullo negotio deprehendet. Accedit quod partem eam argutarum maximam secundo Gallicæ Defensionis Tomo dilexerim art. 18. & 25. ubi, recitatis diversissimis Molinæ verbis, perspicuum feci, id illi (quod in Historia simpliciter dixeram) præcipuum fuisse institutum, ut novam de Divina Gratia Theologiam induceret, tritas Majorum vias occluderet, ignotas, & salebrosas calles aperiret, seque demum in Augustinum, ceterosque Pelagianismi debellatores, ambitiosius efferret; collatis non paucis Concordiæ locis, ejusdem de prædestinatione ad gratiam, ex prævilo arbitrii assensu, & usu pendula, opinionem, tot a te pigmentis, ac facis obducam, in aperto posui: Banneffid demum, Cani, Natalis Alexandri, Cajetani, Sixti Senensis, aliorumque Scholæ Thomistica professorum (quos, ut Molinæ in Augustinum audaciam excusos, eodem involvere crimine, niteris) vindicias adornavi. De binis duntaxat in Scholæ tuæ Principem expostulationibus, de quibus nulla in laudatis Congressibus quaestio fuit, pauca subiiciam.

Ac primo, ut rem simpliciter dicam, nunquam ego Molinæ tuæ, uti declatatas, literam movi, quod factos summo Divinae Gratiae Vindici titulos neget, eumque *Sanctum*, aut *Divum* vix unquam appelleret: sed, recitata Cardinalis Baronii ad Archiepiscopum Viennensem Epistola, id unum expendi, quid ille hinc verbis significatam voluerit, *Nec Sanctum nunquam nominet.* Quocirca in dicto prolixo argumento planum feci, id illum dubio procul voluisse (quidquid demum ipsa rei veritas habeat) nunquam Augustinum a Molinæ ad sanctitatis titulo commendari; retinentamque idcirco Illustrissimi Rhemenfium Archiepiscopi Gallicanæ versionem, (1) *auquel il affecte de ne donner jamais le nom de Saint:* ridendumque Parisiensis Monitoris officiosum interpretamentum, qui Baronium nihil aliud ea loquenti formula sibi voluisse dicitabat, quam *Molinam pro sua in Augustinum reverentia, ab eo ex nomine appellando abstinuisse, quibus locis doctrinam ejus visus est impugnavit:* quod ego integræ Baronii periodo, Epistolæque instituto, ac ipsi demum facto repugnare, demonstravi. Addidi, hoc idem ante Baronium, atque in eundem sensum, a Jacobo Bossuetio observatum; nonnulla tamen, quod veritati congruat magis, addito temperamento: *quippe Augustinum vix unquam, Sanctum, aut Divum, a Molinæ appellatum, observat.*

Non tam ergo, quid ipsa rei veritas habeat, expendendum tibi erat, ut aliquid evinceris in oppositum, quam quod data Epistola, de qua mihi duntaxat cum Parisiensis Monitoris contentio fuit, significatum voluerit Purpuratus Historicus. Quandoquidem non quid rei sit, sed quid fenserit Bar-

ronius, scripseritque, disputabatur; Quæcumque tamen in partem accipias a me dicta, nihil laboro: futile quippe est, quidquid ad laudatam summorum Virorum suffragia reponis. Quod enim recantas Parisiensis Monitoris interpretamentum, Baronius verba id unum sonare affertentis, Molinam, quibus locis doctrinam Augustini oppugnare videtur, hoc, ejus tacito nomine, facere, explosi tam invicto momento, ut nihil modo regeas in oppositum. Ad Gallicam vero Rhemenfium Archiepiscopi versionem, nihil, quod nodum solvat, reponis: sed ut tibi jugulum petis, datumque Baronii verbis interpretamentum explodit, hæc libere fuggillas, deprimis, cavillis, quod plura Gallicæ reddat, quam textus latinus habeat; cum ista, ut notas, nequaquam synonyma sint, licet *Sanctum nunquam nominet, & auquel il affecte de ne donner jamais le nom de Saint.* Ita ne objectis Virorum illustrium testimoniis satisfacias? Aut forte id quaeritur in præsentia, an simpliciter, & ad verbum, aut pleniori interpretatione, Baronii textum reddiderit Archiepiscopus; an potius, num tuam, quovis tandem pacto, interpretationem exclusit? Exclusit autem, ac multo etiam luculentius, dum retento Epistolæ sentu, plura Gallicæ verbo reddidit, quam latino textu contineantur. Nihilio fallacius Bossueti suffragium, a me laudatum, elidis, cui nihil, nisi probra atque convicia opponis, alio a nobis loco commodius refellenda. Id ne vero est respondere, an potius maledicere; Historiam refellere, an verius fatyram scribere?

At inquis: Augustinum, ceterosque Patres, omisso *Dno*, ac *Sancti* titulo, laudare, familiare Theologis est; familiare Theologiae Principibus, Petro Lombardo, Doctore Angelico: an ergo Sanctissimum Ecclesiæ Dogmæ ab his depressum, effutiemus; aut in uno præ ceteris Molinæ damnamus, quod commune est omnibus? Respondeo, eam scribendi, loquentique formulam, nec per sese absolute damnari, nec satis firmam contempti, ac depressi Augustini suspitionem habere, nisi ubi alie suppetunt contemptus, ac despicationis indicia: tum enim, quæ per sese innocua videri possent, enata jam averti ab Augustino animi suspitione, in malum omen accipiunt. Quare cum observasset Cardinalis Baronius, Molinam nihil potius agere, quam *S. Augustinum adversari, eumque officianie redarguere, seque illo vigilantiores, acutioremque jacitare:* dum nimirum, sanctissimum Patrem, sub quadam quasi caligine postremo, ad ea non attendisse, ait, quæ suæ de prædestinatione sententiæ rigorem, atque duritiam amovissent: dum ejusdem nonnulla dogmata dura nimis, indignaque Divina clementia judicari, fabulatur: dum excogitata nuper Concordiæ ignoratione, bellum in Pelagianos a sancto Doctore minus feliciter gestum, obtendit: dum tot fideles, Augustinianæ doctrinæ asperitate turbatos, ad Pelagianos descivisse, notat: Hæc, inquam, cum observasset Cardinalis Historicus, male in Augustinum animati scriptoris argumenta; eam quoque sacrorum titulorum prætermisionem, contemptum, ac despicianam interpretatur est.

Postrema in Molinam expostulatione non illi, ut fabularis, objecti, quod Scientiam-Mediam inter nova inventa numerarint Fonseca, Vasquezus, Granados, Herice, Typhanus; eamque D. Augustino, totique Patrum antiquitatis omnino ignotam, fassi sint. Id illos ingenue fassos, nec dixi, nec somnivi. Haud enim ignotum mihi, Fonsecam, Vasquezum, Granadum, Herice, Scientiæ-Mediæ defensores acerrimos, in id præsertim incumbere, ut hanc ipsam, corrasis undecumque Patrum testimoniis, muniant. At id

unum notatum volui, laudatos Societatis Commentatores ultro, ac libere concessisse, Scientiam-Mediam præficos olim Theologos lausisse, quod eam, in Patrum codicibus latitantem, non eruerint, sed integram effodiendi Theauri gloriam Molinæ, Sociisque reliquerint. Non itaque de Patribus, ut effutis, sed de præficos Theologis mihi sermo fuit, quæ Scientiam-Mediam, ex ipsa Sociorum confessione, ignotam dixi. *Scientiam-Mediam*, inquebam Lib. 1. cap. 13. *Molinæ Doctrinæ caput, novis revelationibus e veteribus erant, atque ante id temporis a Theologorum nemine vel per somnium excogitatum, ac usurpatam, agnoscent Fonseca, Vasquez, Granado, Herice, Typhanus.* Quod quam optime jure notatum a me fuerit, plus satis evincunt diversa eorundem testimonia, huic secundæ editioni inserta, cæteraque prohibuit eventuala Tomo 2. Gallicæ Defensionis, art. 19. ubi cavillationes tuas omnes, quibus oppositum (quod ad præficos Theologos attinet) elicere niteris, in antecessum occupavimus.

Hanc in uno Molinæ phylautiam deprehendi, ac fuggillavi, quod suam illam libertatis, & gratiæ conciliationem, non præficos modo Theologis, sed & Augustino, ceterisque Pelagianæ sectæ debellatoribus incognitam dixerit; ut vanam inde captaret gloriam. Quod utique cum productis a me locis disertissime profiteatur: nempe in Concord. quest. 23. art. 4. & 5. disp. 1. mem. ultimo, §. *Nos pro nostra tenitate: & §. Longior fui: & mem. 6. Interim vero, dum sub ea quasi caligine D. Augustinus ad hoc non attendit &c.* quid juvat alia undecumque loca corradere, quibus eandem conciliationem a Patribus usurpatam contenderit? Aut enim de ipsamet Concordiæ summa non agit iis in locis, sed de certis, a quibus eandem perperam eruit, fundamentis, atque principiis, quæ Patribus haud ignota prius: aut si de ipsa Concordiæ summa sermonem instituit, quam Patribus cognitam dicitur; non ego Molinæ imposuisse convincor, sed a se ipso Molinæ discessisse, secumque pugnavisse convincitur. De Typhanio tamen, Scientiæ-Mediæ hoste insensissimum nil dubitandum, quin eam & Patribus, & præficos Theologis ignotam, existimaverit. Quod idem censuisse, liquet, viros illos eruditos, qui summo Societatis Moderatori Romæ aderant, de quibus Fulgatus, & Petrus Sancta lib. 2. De vita Bellarmini, cap. 5. ita scribunt: *Quam sententiam est aliqui, eo quod unus privati scriptoris nata ex ingenio erat, minime censuerunt; defendi debere a Societate universa; præsertim ii, qui tum præerant, aliter deliberarunt.*

CAPUT III.

De commentis Religiosorum Ordinum, & Academicum suffragiis, quibus Molinæ inventa, ut primum prodire, probata, asserta, ac vindicata dicuntur ab Eleutherio.

Quo plura in hanc rem studiose congeris, ut Molinæ doctrinam universim receptam, Thomisticam vero passim explosam evincas; eo pauciora, ut commentum elevem, in præsentia reponam: qui tua plane omnia, ab aliis Historiæ nostræ aforibus; eamque D. Augustino, totique Patrum antiquitatis omnino ignotam, fassi sint. Id illos ingenue fassos, nec dixi, nec somnivi. Haud enim ignotum mihi, Fonsecam, Vasquezum, Granadum, Herice, Scientiæ-Mediæ defensores acerrimos, in id præsertim incumbere, ut hanc ipsam, corrasis undecumque Patrum testimoniis, muniant. At id

(1) Ad finem Decreti an. 1697.

lucubrations illas meas videris, legerisque, nihil tamen, quod contra reponeres, habuisti.

Lemosii suffragium, quo Molinæ doctrinam summo ubique plausu exceptam probas, non expolui modo, sed & in te ipsum rejeci Tom. 2. Gallicæ Defensionis, art. 47. ac tum hic lib. 1. cap. 21.

Variarum, quibus hoc idem evincere satagis, Epistolularum lacinas, nec non commendaticias virorum quorundam Religiosorum Epistolas, quibus ad Molinæ gratiam precabantur, dispunxi integro cap. 10. Tomi 1. Gallicæ Defensionis, necnon hic Lib. 2. cap. 10. ubi prolixè admodum, Societatum, in iis captandis, & corradendis, artes detexi; veram Religiosorum Ordinum de agitatibus tunc Controversiis mentem, ex veris, legitimisque fontibus erui; Theologicas demum, & capitales de Divinis Auxiliis Controversias, ad examen coram Apostolica Sede vocatas, ab exoticis, & Philosophicis de physica ad pravos actus motione questionibus, quæ nonnullos tunc Thesium defensores in Hispanis male torquebant, accurate distinxit; (1) ne eo terrore incautis illudas.

Complutensis Academiae Censuram, quam Molinæ tuo propitiâ factas, necnon scriptas ejus nomine ad Clementem VIII. Epistolâs, aliasque Cancellarij ad Cardinalem Arrigonium datas, ad certum exegi Tom. 1. laudatæ Defensionis, cap. 9. ac tum lib. 1. hujusce Historiæ nostræ, cap. 23. & lib. 2. cap. 28.

Hispalensis Academiae, non iudicium quidem, quod nullum extraxit, sed meras supplicationes, quibus de controversiis Romæ questionibus audiri, postulabant, expendi laudato Defensionis capite, nec non lib. 3. Historiæ, cap. 3.

Spirium Vallisoleanae Academiae Iudicium, a Questionum ventilatore ante jactatum, atque a te ex illo descriptum, ad examen vocavi hoc ipso Gallicæ Defensionis cap. 9. ac subinde lib. 1. Hist. cap. 20. in eum fraudem detexi, servatos Societatis Professores, domesticæ causæ iudicium tacitis titulis abscondentes, in lumen produxi, dolosam subterfugientium machinationem in omnium oculis posui.

Singulas Decreti Salmantini partes diligenter excussi Tom. 1. Gallicæ Defensionis, cap. 6. a pag. 135. ad 160. & lib. 1. Hist. cap. 23. Molinæ doctrinam, eo Hispanicarum Academicarum Principis iudicio confixam, factâ principiorum, ac dogmatum collatione, demonstravi. Septimum Decreti hujus articulum, insigni, quam adaptasti, falsatione, a Questionum Ventilatore corruptum, ostendi: genuina ejusdem verba restitui, unde contrarius plane sensus eratur: Nempe cum septimo Censuræ suæ articulo scribant Theologi Salmantini: NON STAT, cum aequali auxilio, & aequali omnino gratia, unum converti, & alium non converti; sed depravatione, & sensum, & verba ita pervertitis, NON CONSTAT, cum aequali auxilio &c.

De Academia Parisiensi, quam invitam, ac repugnantem in Molinæ partes trahere niteris, cum multissime dixi toto cap. 10. citatæ toties Defensionis, & lib. 1. Historiæ cap. 3. & lib. 2. cap. 26. tuasque in antecessum terras, ac fabulas omnes, ex Questionum ventilatore ad verbum transcriptas, minutatim dispunxi. Lessium, Cellotium, Societatis Professores, nec non etiam Habertium, & Petrum a S. Joseph, succenturiatos Molinianæ militiæ velites, falsi convici. Antonii Rosa, Sylvanestensis Episcopi designati,

tragoedias in lucem eduxi, contrariisque Sorbonorum Professorum Epistolis consultavi. Nonnullorum sequioris ævi Magistrorum privatas opiniones expendi, & a totius venerandi Ordinis doctrina probe distinxi. Andree Duvallii Regii Professoris, & ad Crellium, & Bossutium Epistolâs genuinas evici; contrariâque, quas transcribis, cavillatoris ratiunculas, cassas, ac futes demonstravi. Nonnulla Pegnæ Diarii loca, quibus post Questionum exposui pag. 275. & 276. Gallicæ Defensionis; falsatæ de Academia Parisiensi suspensiones, quasi ad Molinæ partes incauta desederet, non nisi ex sparsi ab Antonio Rosa rutoribus entas, ostendi; quæ Clementem VIII. & Theologos Consultores non mediocriter agitarunt, donec facti veritas innotesceret.

Unum, ne quid intactum relinquam, dictis adjiciam: tuum scilicet illum, de quo mihi paulo antea narrabas, (2) quemque mihi rursus obtrudis, Jansenianorum, ut loqueris, federatum toto aberrasse otio, gravemque Academicarum Principi injuriam importasse, dum isthæc ad amicum, si tu quidem vera narras, scriberet die 11. Augusti 1693. *Votum Domini le Bossu anno 1697. iudicio non caruit illo tempore: & credo, verum esse, quod ait, Facultatem Theologicam Parisiensem non adeo tunc fuisse instructam, in materia gratiæ, & doctrinæ S. Augustini, quemadmodum Lovaniensis, & Duacena fuit. Et si rogata fuisse, ferre iudicium, Facultas illa, tulisset iudicium valde incertum, valdeque perplexum, de Molinæ sententiis. Falsa in primis est temporis nota, voto præfixa: non enim anno 1697. sed 1606., inunte Aprilis, datum est. Secundo nihil ejusmodi quidquam in Bossutii suffragio legere est, sed alia longe diversa; quæ, si quis probant, Cellotii tu narrationem, (3) Sorbonam Molinianæ sententiæ, quo tempore Romæ his agebatur, suffragatam effluentis, falsi convincunt. Ita quippe Bossutius capite 2. laudati suffragii. *Nostra Facultas Parisiensis, rogata a Patrio Societatis, ut de prædeterminatione inquireret, ac illam censuram notaret, id facere recusavit, propter obedientiam, quam profiteri, se maximam habere Sanctæ Sedi, iussu cuius sciebat, questiones has controversas examinari. Et nonnullis interjectis. In Regno Gallie sunt hæc Universitates, in quibus Facultates Theologie sunt: Parisiensis, Rômensis, Bituricensis, Theologiana, Andegavensis, Nannorensis, Cadomensis; quarum nulla quidquam resolvit de præsentibus controversiis. Sed ad alia.**

Germanicarum Academicarum, seu vestius Germanorum Societatis Jesu Collegiorum iudicia, ab ipsis Jesuitis, domesticæ causæ cognitionem sibi arrogantibus, subscripta, censuræque, ab iisdem in Prædicatorum doctrinam expeditas, tam multis vicibus exfussavi, subdola machinationis vela reduxi tam sæpe, artes dissui, falsationes detexi, totam demum illam tuorum fabulam lectorum cachinnis, ac sibilis objecti, ut mirari mihi subeat, eandem a te nenas recantari; iis etiam (quod stupendum magis) omnino dissimulatis, ac tacitis, quæ vel in adornata adversus Syndicum Trevirensium peculiari defensione, vel in ipso Historiæ supplemento, a pag. 147. ad 160. vel demum Tom. 1. Gallicæ Defensionis, cap. 12. prolixè admodum disputavi. Qui ergo Questionum summi momenti Tradatorem, in ea recinenda fabula, tam religiose exscripsisti, ut ne ipsas quidem recitatarum ab eo Censurarum falsationes ac mutilationes omiseris; ejusdem tibi consuetudinem

nem habeto, donec objecta dilueris. Lege & cap. 18. lib. 4. Historiæ hujusce nostræ, & cap. 28. libri 2.

Exfussandæ, quam demum objicis, Doctorum Bononiensium Consultationi caput integrum dedi, nimirum tertium decimum Tomi 1. Gallicæ Defensionis. Virtuosam, & advertebam Thomisticam, ac Molinianæ doctrinæ expositionem, Doctoribus factam, prolixè admodum demonstravi; idemque subinde Romanis Censoribus visum ostendi. Nullos Academicæ, ad iudicium meditandum cœtus habitos, sed ostiatum, & indecora prehensione emendicata privatorum chirographa palam feci. Uno verbo, tuum illud, quem fillatim exscribis, questionum Tradatorem, a capite ad talos ita defricui, ut nihil omnino virgam effugerit. Quin tu itaque ad hæc omnia reponis, quin ista resellis? Ad invicta momenta furda aure præterire, prudentiæ fait, ne novum in iis velicandis ludum lectoribus dares.

CAPUT IV.

Quam merito observatum a me fuerit, a Molinæ Sequacibus acclamatum esse Semipelagianis, & insulatum Augustino.

Molinæ Scriptoribus, in iudicium vocatis, præsidium allaruris, parentissimam mihi falsitatem affingis, dum ita de me narras dato produdio: *Non negat ille quidem tot Academicarum (in Molinæ gratiam) approbationes, immo fatetur potius. Non adferre ullius Academiae contrarium Librum Molinæ testimonium, nec adferre potuit. An eas, quas fingis, Academicarum approbationes agnoscam, nullumque Molinæ contrarium testimonium attulerim, ex superiori capite discere potuisti. Num autem falso, ac temere de ejusdem sequacibus expostularim, discas amodo.*

Primum istud erit expostulationis mee caput: *Quo primam tempore, inquebam, prædit Ulyssipone Molinæ Concordia, eodem illo, velut ex conditio, Romæ Societatis curis Cassiani Opera prodire, Stephani Tuccii, Libri De varione studiorum promotoris accerimi, notis Apologeticis illustrata; quibus errores ejus, ab Ecclesia prædamnatos, peregrinis expostitionibus, e Molinæ Concordiâ petitis, emollire, ac vindicare satagebat. Hinc tu, mirabile dictu! Molinæ absolutionem colligis, unde gravem in Molinianos criminationem confabam. Audientibus, quam egregie domesticæ scholæ Principis causam ores. Si expostitiones ille, inquis, teste le Blanc, peregrine sunt, utique sunt aliene a mente Cassiani. Et cum dicat, eas e Moliniana Concordiâ petitas, erit illa Molinianæ Concordiæ doctrinæ, eodem teste, a damnatis Cassiani erroribus longe diversa. Nempe, ut video, quas ego interpretationes, ab Ecclesia, Cassiani errores prædamnante, peregrinas, aperte dixi, tu peridi sensum invertens, a Cassiani mente alienas, a me dictas comminiferis; ut Molinæ Concordiam, unde illas petitas inui, a damnatis Cassiani erroribus alienam, a me ipso agnitam, probes. Macte igitur animo, Eleutheri; tunc demum iudicio etiam meo Molinam absolves, ubi unam, eandemque Cassiani, & Ecclesiæ mentem, ostendes.*

Admiracione longe dignius, quod tanta fiducia subjecisti, Stephanum Tuccium nullis unquam notis Cassiani Opera illustrasse, neminemque inventum iri, qui eas a se visas, testari queat; sed Tuccium pro Cuickio, a quo notis Apologeticis illustratus est Cassianus, spisso quorundam errore poni. Utrumque ego laudato toties Tomo 2. Gallicæ Defensionis, art. 22. ac etiam hic Lib. 1. cap. 14. falsum ostendi. Primum quidem Lemo-

si suffragio, observationes Apologeticas in Cassianum, tacito Auctoris nomine, Vaticanis typis anno 1588. Romæ editas, Stephano Tuccio tribuentis, ac facinus etiam exaggerantis in publicis coram Apostolica Sede congressibus, cum nihil interim Societatis Actores in oppositum mustitarent. Alterum, provocatis lectorum oculis, ut quam longe inter se discrepent publicatæ jam tum ab anno 1578. ab Henrico Cuickio observationes Apologeticæ, & vulgatæ anno subinde 1588., tacito Auctoris nomine, notaciones, per se se ipsi experiantur. Hæc tu cate dissimulas: utque cavillandi, ludendique campum aperias, Antonini Reginaldi cum Francisco Annato ea de re digladiantis, anachronismos, & antilogias, mihi usque ad aurem obgnanis: quasi sit mihi cum illo causa communis; ejusque, si quid forte in ea Controversia peccavit, sponsor; ac fidei iussor haberi debeat. Dicam hic, quandoquidem cogis, simpliciter quod res est: ambos Andabatarum more, clausis oculis, de re, quam perinde nescirent, acris disceptasse: quippe qui Romanam anni 1588. editionem (cujus exempla tam multa in Italiæ Bibliothecis etiam hodie videntur) ad manum non habuerint, ut Auctoris Anonymi notas, Stephano Tuccio a Lemosio tributas, cum Henrici Cuickii observationibus, ab anno jam 1578. publicatis, conferre possent. Has si legissent ambo, ac mutuo consulissent, haud ita præfidenter pro istem accepissent Annatus, quas & methodo, & scribendi ratione, toto celo diversas comperisset: nec Reginaldo fuisset admodum defudandum, ut jocularis Adversarii cavillationes repelleret, intentoque in librum digito, palam faceret, se nec alterius alteri notas tribuisse, nec Cuickium in Tuccium, Henricum in Stephanum, Belgam in Siculum, Præfulem in Socium (ut adversarius objecerat) transformasse. Dignus tu modo, qui Annato tuo, tam fœde deluso, victoriæ palmam adjudices; cæco athleta cæcus Agonotheta certaminis coronam imponas; qui quantum tributa Tuccio Notaciones a Cuickii animadversionibus discrepent, perinde, ac tua Annatus, ignoras.

Altero expostulationis mee capite significabam, non alio, quam ex Molinianæ Concordiæ fonte, hausisse, quotquot Cassianum, Faustum, Gennadium, editis Apologiis, absolverunt; Prosperumque oscitantem, ac nimis in legendo Cassiano levitatis incurfarunt; quorum nomina, editarumque defensionum titulos designavi. Et hic rursus calumniam, pro more, causaris. Henricum Cuickium, & Petrum Ciaconium in banc turbam a me inepte conjectos, ais; quod ille solidio decennio ante natam typis Molinæ Concordiam, suas in Cassianum notas apologeticas publicavit; iste septimo ante anno fato cesserit; suosque idcirco ex Molinianæ Concordiæ fontibus hortos irrigare, omnino nequiverint. Recte tu quidem calculum ponis, si curatæ editionis rationem duntaxat in eas. At si tantisper animadverteres, Molinam ipsam Quæst. 14. art. 13. disp. 53. ingenue profiteri, se novam illam suam conciliandæ libertatis, & gratiæ rationem, ante annos triginta in Scholasticis Exercitationibus tradidisse; (quod idem de se ipso Petrus Fosca Tom. 3. lib. 6. cap. 2. quæst. 4. sect. 8. fassus est) nullo negotio deprehenderes, qua demum fieri forte potuerit, ut & Ciaconius, & Cuickius, Molinianæ doctrinæ, tot ante annos tradi cepta, tricas, & captiunculas advocarent, quibus Cassianum erroris purum ostenderent. Reliquos, a me Semipelagianorum patronis adnumeratos, quos aut nihil ejusmodi molitos, temere jactas, aut tibi ex nomine minus notos lepide fingis, aut nunquam

(1) Lege istius Sectionis Cap. 9. (2) Vide supra Sect. 2. cap. 5. (3) Lib. 8. De Eccles. Hier. cap. 28. §. 2.

quam (ut certam facti notitiam quæres) a te lectos, libenter obtendis, longo tibi ordine deducit Cardinalis de Noris, in Appendice ad Dissertationem Historicam de V. Synodo œcumenica, quatuor capitibus comprehensa, qua, uti titulus præfert, *Juliani Pelagiani laudatores, Cassiani, & Faustii defensores confutantur.* Horum tibi, ne quid ultra diffimules, aut ignorantiam obtendas, textus integros repræsentat, ac pro exulta eruditione refellit, a pag. 169. Patavine apud Frambotum editionis ad pag. 189. Unus illi, nescio quo casu, exiit Joannes Thomas Pius, præservidus Cassiani defensor, quem tibi ignotum dicitis. Ast Norisii silentium abunde resarferam Paragrapho XI. Præfationis Historiæ, ubi ejusdem assertiones numero multas, a supremo Hispaniarum Inquisitionis Senatu, uti *falsas, temerarias, in fide erroneas, & Heresim Semipelagianæ fautores, inultas ex integro retuli; Thoma de Lemos, a quo prolixius tota late Censuræ historia descripta est, ad marginem adnotato. Si tuos tamen Socios ex nostrum narratione nosse, pudor est, haud ita morosus ero, quin e tua quoque Societate alterum tibi Monitorum subjiciam, Christophorum Ortega, alterum Cassianæ doctrinæ strenuum defensorem; modo ne hunc a te minime lectum, (que digna viri Theologi excusatio est) iterato respondeas. Adnumerari, inquit ille Tom. 2. Controv. 7. disp. 3. quæst. 2. cert. 2. Defensoribus Cassianæ in re hac doctrinæ Catholicæ doctri-
plures recentiores possunt, quos ita censentes audivimus, tamen si prælo defensiones Cassiani non deducunt, in quibus Pater Joannes de Iruen, emeritus Theologie Professor, qui modestæ causæ, Joannis Pii nomine, Commentarium in 1. Partem S. Thomæ prælo misit, ac de Cassiano ab ea suspitione liberando doctum Manuscriptum reliquit.*

Postremo accusationis meæ capite, notabantur Molinianæ scholæ Antistites, qui D. Augustinum conviciorum plausu onerant: Joannes Adamus Libro, Gallicæ inscripto, Calvin deusit par soi mème &c. Franciscus Annatus Libro præsertim 8. sui Augustini, a Bajanis vindicati; Stephanus Deschamps De Heresi Janseniana; Joannes Martinus, sub Antonini Moraines larva delitescens in Anti-Jansenio: alique obscuri nominis scriptores, quorum propositiones 22. confixit Vallisoleana Hispaniarum Inquisitio die 28. Martii, anno 1650. ut injurias sanctitati, pietati, & doctrinæ unius Columnæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis est gloriosus Pater Augustinus. Reclamas tu modo, & Adamum, Annatum, Deschampsium, Martinonum, Augustini potius defensores haberi vis, quem Calvinianis, Bajanis, Jansenianis, eum tibi Magistrum temere arrogatibus, eriperunt. Quasi vero memet, aut quemvis alterum bonæ frugis hominem male torqueat, quod Augustinum illis ereptum voluerint, summumque gratiæ vindicem a nepe-ri erroribus alienissimum demonstrent. Vah putidam, futilemque calumniam! Recentiarum scriptorum argumentum probo maxime; ipsosque scriptores haud ægre laudarem, si modum eis, ac rationem religio præscripsisset; nec, mutato repente consilio, in illum ipsum irruissent Divinæ Gratæ vindicem, cujus vindicias adorabant. Lepidus tu vero, qui librorum titulos, ipsaque præfatorum Theologorum verba, quæ Doctorei Sanctissimo insularit, proferri, tam anxie potulas: tanquam non id a me cumulatissime, plenissimeque confectum sit, toto ferme articulo 24. Tomi 2. Gallicæ Defensionis: aut forte ita Musis iratis vivas, ut nescias Eminent. Cardinalem de Noris, in iis ipsis Adamo tui, Annati, Deschampsii, Martinoni conviciis repellendis, partem vindiciarum potissimam consecrasse?

Hos ego proxime memoratos Augustiniani nominis contemptores, Vallisoleana Inquisitionis Decreto confixos, nec dixi, ut mihi fidenter asseris, nec fominavi; sed alios obscuri nominis scriptores; quorum nimirum tacitis nominibus, petulantem in Augustinum assertiones inute sunt. Clariora recitatis paulo ante periodi verba sunt, quam ut dubium subesse possit. Nec, nisi nugaci calliditate, hoc a te mihi fominium afflicum est, ut apud eos, qui fuggillarum a te locum minime consulunt, invicto plane momento, ex temporis repugnantia petito, supinam aberrationem confutasse, videri posses.

Sed nã te tandem deridendum, omnibusque cachinnis excipiendum obitcis, Eleutheri, dum hoc ipsum Inquisitionis Vallisoleanae Decretum, commentitium dicitis, atque, quod festivum magis, ac lepidum, hujuscæ rejiciendi, exultandique momentum petis, quod nullum ejus in Historiæ Appendice exemplum dederim; nullam ejus Augustinienis, atque Dominicani, ac ne ipse quidem Cardinalis de Noris mentionem iniecerint? Te aut cæcum, aut cæcis scripsisse, nemo non dicit, qui isthæc litteris mandes. Solis quippe oculis opus est, ut non modo Decreti hujus exemplum totum, & integrum, sed & universa causæ hujus instrumenta, cumulatissimamque rerum, hæc occasione gestarum, narrationem, Historiæ nostræ Appendici additam, deprehendant, a pag. scilicet 229. Addendorum, ad 292. hoc, etiam grandioribus characteribus, qui vel lipientes oculos impleant, præfixo titulo: *Narratio rerum gestarum in negotio Censuræ, ab Hispanicis Inquisitoribus late adversus 22. propositiones, a Jesuitis, eorumque affectis assertas contra S. Augustinum.* Nec nisi lumina admovere necesse est, ut locupletissimam, disertissimamque lati judicii mentionem, ab Eminent. Cardinali Norisio factam, quis videat, laudata jam Appendice ad Dissertationem de V. Synodo œcumenica, capite 1. statim a principio. Anno 1650., inquit ille, die 28. Martii, Vallisoleti in Hispania sacri fidei Censores viginti duas propositiones, suppresso Augustinum nomine, damnarunt; quippe que erant, ut ajunt, nimirum injuriose sanctitati, pietati, & doctrinæ unius Columnæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis est gloriosus Pater Augustinus. Editum, typis excusum, per universam Europam publicatum est. Porro eas inter Theses hæc tres recensentur. 9. Augustinum Juliani argumentis non satisfecisse. 10. Si triumphum, phi Ecclesiæ de Pelagianis niterentur posterioribus Augustini Scriptis, immerito de illis Ecclesiæ triumphasset. 11. Volentes sustinere pariter Juliani non posse Augustini rationibus convinci. *Quinam isti homines fuerint, nec scio, nec inquiri. Certe eos novit Sacra Facultas Theologorum Lovanienis, quæ easdem contumeliosas propositiones proscripsit. Hoc tamen mihi plane comperitum est, Joannem Adamum nibilo melius esse locutum, &c. Abi nunc, Eleutheri, ac de Eminent. Viri silentio tibi plaude, ut Hispanorum Quæstorum Editum fictitium ostendas. Interea, si forte subit animum noscendi libido, e quorum Codicibus excerptæ propositiones illæ fuerint, quæ censorio stigmatæ ab Hispanicis Quæstoribus incurrunt, Elenchum, & indicem consule in addendis ad Historiam nostram col. 249. & Tom. 2. Gallicæ Defensionis, art. 5. pag. 33. illicque Robertum, Vasqueium, Molinam, Lessium, Socios Lovanienis, salutatos invenies, illorumque distincta loca subindicata.*

CAPUT V.

Quam vere Baronium, Costarenum, Berullium, S. R. E. Cardinales, Molinæ novitibus objecerim.

Uo adversus Molinam ex Baronio protuli, in quibus de more cavillaris: unum sexto Annalium Tomo, ad annum 490. num. 32. quo Molinianus, tacito nomine, carpi, dixi. Cum Faustii sententiæ ubique ab Ecclesiâ Catholicâ fuerit contradictum; videant quanto periculo quidam ex recentioribus, dum in Novatores insurgunt, ut eos confitent, a S. Augustini sententiâ de prædestinatione recedunt; cum alioquin arma non desint, quibus adversarii profigerentur: alterum explicatius, ac nulla unquam circulatione eludendum, datam scilicet anno 1603. de Molinæ novitatibus ad Archiepiscopum Viennensem Epistolam. Tu Molinam, ejusque sectatores, priori illa animadversione peti, negas, fustibus argutis nixus, quas exhibere satius sit, quam refellere. Non constat, inquit, Baronium, dum hæc in Annalibus scriberet, scivisse, quid de prædestinatione Molina sentiret, quandoquidem Sixtus V., in datis ad publicandos Annales Litteris Apostolicis anno ipso 1588. diserte dicit, *primum Annalium Ecclesiasticorum Volumen editum, aliaque præpediendâ edenda esse.* Porro si longe ab anno 1588. (qui certe Molinianæ Concordiæ natalis fuit) reliqua Annalium volumina edita sunt, satis profecto a vulgata Concordiâ temporis non effluxit, ut Molinæ inventa resciret Baronius, eorumque occasione nonnihil scripto mandaret sexto Annalium Tomo.

Quid absurdus? Immo constat, sextum Annalium Tomum, quo laudata in Molinam animadversio continetur, anno datatam 1595. in lucem prodidisse; vulgata diu ante publicis typis Molinianæ Concordiâ, Ulyssippe scilicet anno 1588. Lugduni 1593. Venetiis 1594., ut fideam, excitatos, Molinianæ doctrinæ occasione, in Hispaniâ motus, ac turbas Romanam Curiam hoc ipso anno 1594. exercuisse. Quis ergo neger, dum sextum Tomum egeret Eminentissimus Scripser, scivisse certo, quid de Prædestinatione Molinæ sentiret? Ac licet daremus, Baronium ipsos etiam sexti Tomi Codices manus scriptos prælo maturos habuisse, ab anno jam 1588., quo primum Annalium Tomus, & Molinæ Concordiâ prodire, (quod tamen ex Sixti V. verbis minime colligas) quis non videat, dilata ad septennium Tomi 6. editione, varia illis, pro re nata, corollaria adicere potuisse, antequam prælo subicerentur?

Instas, nupsiam a Molina scriptum, *Illuminationem, virtutem, & salutem, non a Christo, sed a natura esse:* quo capite situm Faustii errorem, ex Adone Viennensi narrat Baronius, hoc ipso Annalium loco laudato. Verum nec Faustus ipse, nec Semipelagianorum aliquis tam aperte, tam nitide, tam præcise impium illud dogma protulisse, legitur; immo, si ipsa per sese verba spectes, contrarium communiter asserbant. Faustus lib. 1. de gratiâ, & humanæ mentis arbitrio, cap. 11. *Qui vero vel initium operis sibi presunt arrogare, vel finem, ad illum merito dicitur: Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui edificaverunt eam.* Qui idcirco, si Genadio, vite ejus scriptori, fides est, dicere solitus erat: *Quidquid libertas arbitrii pro labore pie mercedis adquisierit, non esse proprie meritum, sed gratiæ donum.* Cassianus, totius sæcæ Princeps, Collat. 3. *Ex Deo quidem est, quoties inspiratio* Serry Tom. II.

quædam, immissa in cor nostrum, nonnunquam etiam dormientes nos ad desiderium æternæ vitæ, ac salutis excussit; Denique sequi, & ejus inherere præceptis, compunctionis saluberrima cohortatur. Et Collat. 13. *Quibus manifeste colligitur, non solum actum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem, atque opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit pervagandi &c.* Genadius tandem Lib. de Ecclesiasticis Dogmatibus, cap. 19. *Initium ergo salutis nostræ, Deo miserante, habemus: ut acquiescimus salviferæ inspirationi, nostræ pietatis est. Ut adipiscamur, quod, acquiescendo inspirationi, cupimus, Divini est munus: ut non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, & celestis pariter adjutoris: ut labamur, potestatis nostræ, & ignavis.* His tamen omnibus Semipelagianorum professionibus nihil repugnantibus, in impium dogma, ab Adone, & Baronio recentiam, prolubi convicium sunt Novatores, expositis sæcæ principis: quod videlicet Illuminationem, inspirationem, ipsamque inde salutem, initialibus naturæ conatibus a Deo tribui, contenderent: aut etiam (ut alii Theologi putant) quod illuminationis, & inspirationis verfatillem gratiam ex ipso, quoad effectum, naturæ conatu suspendenderent. Quo duplici capite Molina peccasse, in Auxiliorum Congregatione convictus est.

Eccur, inquis, tanti periculi esse, ait Cardinalis Historicus loco laudato, a S. Augustini sententiâ de prædestinatione recedere; quandoquidem is ad annum 431. celeberrimum Celestini ad Gallos Rescriptum exponens, disertissime proficitur, *profundiores quæstiones illas de prædestinatione Sanctorum nequaquam ab Apostolica Sede definitas esse?* Ad quid vero, inquit ego, futilis hæc argutia, nisi ut putide secum dissonantæ arguatur Purpuratus Historicus? Perperam tamen, & inique. Profundiores enim de Divina prædestinatione quæstiones, ab Apostolica Sede minime definitas intelligit, non quæ, data opera, contra Semipelagianos postremis Opufulis propagaverat sanctissimus Doctor; sed *invenientes, ac Celestinus loquitur, quæque obiter, atque ex occasione tangebantur.* Num autem ab Augustino, in incurrentibus duntaxat de prædestinatione quætionibus, Molina recesserit, num potius in illis ipsis, quæ rei contra Massiliensæ summa constabat: num, inquam, ut clarius loquar, de sola prædestinatione ad gloriam, exploratis gratiæ meritibus destinata egerit, sua illa vulgata Concordiâ; num etiam de prædestinatione ad gratiam, ex prævito innatæ libertatis usu, quod sum est, congenitis viribus facientis; universa Auxiliorum Historia palam facit.

Verum hæc levia, si cum absolis, ineptisque aberrationibus conferantur, quæ ejusdem Baronii ad Archiepiscopum Viennensem Epistolam, si minus supposititiam ex integro, at interpolatam ex parte ostendere, tibi putas. Primum, si te audimus, interpolationis indicium ipsâ Epistolæ epigraphe, ejusque clausula continetur; ubi contra ævi mores, *Illustrissimi, & Reverendissimi Domini* titulus Archiepiscopo datur, anno scilicet 1603. Quocirca nos de gravi supercilio mones, eos, qui modo in Ecclesiastica dignitate præ cæteris sublimis, ab Urbani VIII. temporibus, Eminentissimi appellantur, non nisi Illustrissimos vocari solitos anno 1603. sic quidem, *ut hic honoris titulus nec Episcopis, nec Archiepiscopis, qui Nunciis Apostolici non essent, id temporis tribueretur.* Gratulor, Eleutheri, exultam adeo præci mortis, & Ecclesiasticæ Hierarchiæ notitiam. Cave tamen, ne tu potius cachinnis omnium risuque excipiaris, qui cum

cum nos elato, tumidoque animo, quæ nesciamus, monere instituas, ea te ignorare, significas, quæ ne Zoilum quidem ineptissimum fugiant: Diu nempe ante Urbani VIII. tempora Illustrissimi appellationem ita Cardinalibus adhasisse, ut eo tamen interdum titulo, in officiis præsertim Epistolis, Præfules ornarentur, qui Sedis Apostolicæ Legati non essent: qua circiter ætate ad Viennensem Archiepiscopum Baronius scriberet, ac diu ante. Nolo Ecclesiæ falsos, enarrative situ putres, excutias; nolo sacra cœmelia, abditaque tabularia revolvas; sed prima duntaxat librorum, quos diurna, nocturnaue manu verfas, folia inspicias; Suarezii, Vasquesii, Sanchii, Henriquezii nuncupatorias Epistolas, quibus, ea ætate temporum, Archiepiscopi, & Episcopi, qui certe Apostolicæ Sedis Nuncii non erant, Theologicas Commentationes consecraverunt; ut supinam, qua nobis insulatas, hallucinationem deprehendas. Henriquezii Summa Theologica, anno 1593. impressa Salmantica, Domino Petro a Castro, & Quinones, Illustrissimo Archiepiscopo Granatensi nuncupata est. Eidem Archiepiscopi, præsertim Illustrissimi titulo, dicitur Sanchiesii de Matrimonio Tomus primus, anno 1602. Suarezii Tomus 1. de Virtute, & statu Religionis, anno 1608. publicatus, Illustrissimo, ac Reverendissimo Alphonsio a Castelbranco, Episcopo Conimbricensi nuncupatur. Eiusdem eodem de argumento Tomus alter, anno 1609. typis editus, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Martinum Alphonsium Amella, Episcopum Lamecensem scribitur. Eiusdem Tractatus de Legibus Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Alphonsio Pineda a Mendoza, Episcopo Aguntensi consecratur anno 1611. Cui etiam præfixa legitur Facultas Illustrissimi D. Alphonsi de Castelbranco, Episcopi Conimbricensis, data die 18. Novembris 1611. Vasquesii Tomus primus in 1. partem D. Thomæ anno 1595. inscribitur Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Petro Portocarrero, Episcopo Concheni. Eiusdem Tomus 2. inscriptus legitur anno 1598. Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Andrea Pucico, Episcopo Segoviensi; Tomus vero 1. in 2. partem, anno 1609. post Auctoris obitum publicatus, Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Petro Masio, novi Orbis Patriarchæ dignissimo. Quid alias ejusdem scriptoris lucubraciones appellem, sexto, ac septimo subinde anno, a Collegii Complutensis Rectore, Episcopo Siguntino, & Archiepiscopo Burgeni nuncupatas, præmissa parisi formæ salutatione? Quid Cardinalis Tolæi Summam, Lugduni anno 1599. & Colonia anno 1600. vulgatam, cui præfixa legitur permisso Officialis, & Vicarii generalis, Illustrissimi D. Archiepiscopi Lugdunensis, Galliarum Primatis? Quid Lovaniensis Censuræ defensionem, anno 1588. a sapientissimis Patribus adornatam; cujus in Præfatione, ac peroratione, Belgii Præfules, quorum iusta edita est, Illustrissimi, ac Reverendissimi DD. quater, aut quinquies nuncupantur? Hinc dicere poteris, egregie Monitor, an Illustrissimi appellatio, ante Urbani VIII. tempora, ita Cardinalium propria esset, ut hic honoris titulus nec Episcopis, nec Archiepiscopis, qui Nuncii Apostolici non essent, id temporis tribueretur: eaque de causa interpolata censeri debeat Cardinalis Baronii ad Archiepiscopum Viennensem Epistola, quod is Illustrissimus, ac Reverendissimus vociteur.

Alia, qua vocas corruptionis argumenta, eo certe nomine digna sunt; sin minus enim Eminentissimi Scriptoris Epistolam, ac certe mentem tuam præjudiciis corruptam, ostendunt; cum non-

nulla, in ea contenta, ex præjudicatis sententiis falsa dicentes, qua verissima comprobantur. Quid enim verius, ac certius, quam quod memorata Epistola legitur: Nihil Molinam potentius agere, quam S. Augustino adversari, cumque oscitante redarguere; sequi illo in iis disputationibus vigilantem, acutioremque jacere? Nimirum dum eum, sub ea quasi caligine positum, ad ea non attendisse monet, (1) que ipsemet oculatior observavit: Dum ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis, tot fideles turbatos, & ad Pelagianos delapsos, comminiscitur: Dum heresim Pelagianam nequaquam orituram, effudit, si alta, que ructat ipse, novæ Concordiæ arcana, prioribus Ecclesiæ sæculis patuissent: Aliaque id genus multa, qua Articulo 18. Tomi 2. Gallicæ Defensionis prolixius recitavi, Quid certius, quam in Libro Molinæ notari ad quinquaginta, & amplius propositiones, verba, phrases, quas vel saltem affines esse erroribus Pelagianorum, sive Semipelagianorum, nemo, qui absque officio illa legitur, negaturus sit omnia? Ita quippe, post multorum annorum examen, Auxiliorum Congregationi visum est, que, in meditato damnationis Diplomate, capitales propositiones quadraginta duas, easque magna ex parte complexas, erroris nota inussit; et in commodiorem tempestatem dilata damnationis promulgatio fuerit. Cui communi sacri Consensus judicio, unam, uti factis, Bellarmini Jesuitæ, ac Perronii, Moliniana causa, ex Henrici IV. mandato, curatores, intercessionem antepone, imprudentis consilii est, animique studio partium nimis abrepti. Quid certius, quam non indignè Ecclesiam Dei hujus Molinæ libris, ut dicitur, que a tot Sanctis Patribus, Conciliis, atque decretis, jam ante tot sæcula didicisti, atque docuisti? Neque tamen paria, uti oblivis, de Banesio, de Alvarezio, de Lemosio Baronius diceret: Horum quippe disparè causam agnosceret, quisquis Baronii mentem introspererit. Molinam enim, tanquam novæ, primisque Pelagianæ sectæ debellatoribus ignota, Concordiæ Architectum habuit Purpuratus Historicus, quo idcirco Ecclesiam Dei, Veterum statutus harentem, non indigere, jure dixerit: At cæteri, tantum abest, ut novæ de Divinis Auxiliis Theologia studium affectarint, ut potius antiquæ Patrum, Conciliorumque doctrinæ commentatores haberi voluerint; quorum idcirco lucubrationibus privata fidelium studia jvari possint.

Unum forte tota Epistola minus verum videri queat, si verborum apices ad severiorem trutinam voces: Molinam ita S. Augustino adversari solitum, ut etiam Sanctum numquam nominet: quandoquidem sanctissimum gratiæ vindicem, eo interdum titulo, a Molina celebrari, compertum est. Verum te tui proflus immemor esse, oportet, qui eam loquendi formulam inter falsitatis argumenta percensens: quippe qui hunc iis verbis sensum inesse, paulo antea contendebas, (2) quem verissimum fatebaris: Molinam nempe, quibus locis doctrinam Augustini oppugnare videtur, tacito hoc ejus nomine, facere. Qua de re plura dedi cap. 2.

Sed quo te tandem agit contradicendi libido, dum ex ipso etiam Petro Matthæo, (qui hanc a se visam Epistolam, profiterur, ejusdemque fragmentum recitat lib. 7. narrat. 4.) evincere niteris, illam ipsam, qualis nunc circumfertur, Baronii revera non esse? Audite, Theologi, & ad tantæ subtilitatis acumen obstupescite. Matthæus, inquit tu, ex ea, quam a se lectam, monet, Baronii ad Archiepiscopum Viennensem Epistola,

stola, colligit, videri Baronium non favore opinioni Jesuitarum; seu ut Gallice scribit, Il semble, qu'il ne favorise pas l'opinion des Jésuites: at ex ea, quæ nunc temporis circumfertur, non modo videretur, sed & plane liquet, eum Jesuitis minime favisse: non eadem igitur in omnibus Epistola est. Paris subtilitatis est quod nectis, ut argumento robur adjicias: Matthæus, sparfos de Molina rumores paulo ante referens, Dicebatur, inquit, tenere plus quam medietatem Heresim Pelagianorum; & loquebatur valde audacter contra opinionem sancti Augustini: at si hæc in laudata Epistola scripsisset Baronius, quæ modo leguntur, non vagam duntaxat famam assignasset Matthæus, sed Baronium tanti nominis Virum, uti testem locupletissimum appellasset: non itaque scriptis Vir maximus, quæ laudata nunc Epistola continentur.

Quin tu, quæso, nugacem cavillationem tabulis mandas, plura longe, quam res ipsa postulet, ac etiam quam velis ipsemet, concludentem? Si quid enim gemina illa arguta conficis; id etiam evinces, ipsum quoque recitatum a Petro Matthæo Baronianæ, quam viderat, fragmentum Epistolæ, nullum esse, ac ipsi (quod ridendum magis) Matthæo profusus ignotum. Ita quippe principis tuis hærens, pari forma, parique subtilitate, cum libuerit, disputabis: Matthæus ex ea, quam a se lectam, monet, Baronii ad Archiepiscopum Viennensem Epistola, colligit, videri Baronium non favore opinioni Jesuitarum: at ex hoc ipso Epistolæ fragmento, quod ab eodem obiter ad marginem recitatur; ab iis scilicet verbis, Monui Reverendos Patres meos &c. non solum videretur, sed etiam plane constat, Baronium eorundem opinionum minime favisse: qui enim Jesuitas admonuit, ne famam suam pro defensione Molinæ in discrimen adduci sinerent, quod ex ea Epistola recitat Matthæus) is pro certo Molinianis opinionibus non adfavisit convincitur: nullum igitur est recitatum a Matthæo fragmentum. Non abfimili, cum placentur, subtilitate argumentabatur: Matthæus, sparfos de Molina rumores paulo antea referens, inquebat: Dicebatur, tenere plusquam medietatem Heresim Pelagianorum: at si hæc scripsisset Baronius, quæ relato per Matthæum fragmento continentur, non vanam duntaxat famam iactasset Matthæus; sed Baronium potius, Jesuitas ipsos, ne famam suam pro defensione Molinæ in discrimen adduci sinerent, dehortantem, uti testem locupletissimum appellasset: non itaque scriptis Vir maximus, quæ recitato fragmento leguntur; immo non vidit, legitque Matthæus, quæ ex hac ipsa descriptis, ac recitavit Epistola. Viden, quo ducant insulsa fophismata, quibus Baronianæ, quæ tibi oculus urit, Epistolæ corruptionem ostendere, tibi putas? Et sane juratus profiteri possum, lectum olim a me (1) Romæ cum degerem, descriptum exemplum Codicis pervertuti, propria Baronii manu exarati, & in Cardinalis Riccii Bibliotheca asservati, cui hæc præmissa erat Epigraphe: Hæc, quæ sequuntur, sunt reperta, excerpta, & scripta ab ipsomet Cardinali Baronio: unde colligitur, quid ipse potuerit sentire de sententia Ludovici Molinæ circa prædestinationem, & gratiam. Quod quidem Codicis MSS. tota, & integra, qualis a Goneto, ac tum a me descripta fuit, Epistola continebatur. Quorum itaque Petrus Matthæus, videri Baronium, dixerit, non favore opinioni Jesuitarum; seu, ut, Gallice loquebatur, Il semble, qu'il ne favorise pas l'opinion des Jésuites; cum id non videretur modo, sed plane constet: curre famam de Serry Tom. II.

fuscitato per Molinam Pelagianismo, paulo ante laudavit potius, quam Baronium, tantæ auctoritatis virum, cuius illi tam disertum testimonium in promptu erat: futiles de lana caprina questionibus illæ suat, a te quoque, si pro re nihil certare lubeat, perfolvenda. Quid-ni tamen dicamus, id videri, in asserendi significatione, a Matthæo fortasse dictum; qua ratione videretur ita mihi, pro ita censio, aut mihi ita persuasum est, a summis Latini eloquii auctoribus usurpatur sæpe numero? famam autem, quam Baronium laudare, paulo antea maluisse, quod multorum, quam unius suffragium, pluris faceret?

Na tu vero, tuisque Annatus lepidi estis, qui ut Petri Matthæi, visam a se Baronii Epistolam denunciantis, testimonium elevetis, rerum illum Theologiarum igrarum observatis, mutatumque illi tandem in Societatem animum fingitis; cujus hanc ludricam, ac lepide usam rationem afferitis, quod postremam apud unum e vobis exomologem fecerit? Quasi vero exulta rerum Theologiarum peritia desideret, ut quis visam a se Viri pereruditi Epistolam dicat, ejusve fragmentum simpliciter recitet: aut exulcerati in Societatem animi indicium fuerit, quæ Baronius de Molinæ scripserat, posteris reliquisset! Grande scelus, quod in Sociorum tandem sinu postrema exomologesi eluere, necesse fuerit!

Tot illis circa Baronii technis, atque cavillibus abunde rebus, unum mihi reliquum est, ut objectam a te mihi, in vertendo Petri Matthæi Gallico textu, studiosam fallendi voluntatem excusum; neque optima omnium fide usum, ostendam: dum quod ille de Baronio Gallice scripsit, Il semble qu'il ne favorise pas l'opinion des Jésuites; ampliori interpretatione Latine reddidi in prioribus Historiæ Editione, liquet, eum nullatenus Jesuitarum opinioni favore. Rem, ut gesta est, simpliciter dicam, ipsum etiam Jovis lapidem jurare paratissimum. Auxiliorum Historiam in Italia cum scriberem, nulla mihi Petri Matthæi Historiarum Gallici exempli (quod archætypum noveram) copia fuit; sed una mihi ad manum erat Comitis Alexandri Sanesi Italica Interpretatio, anno 1625. Venetiis edita, ad cuius fidem Historici Galli verba Latine reddere compulsum sum. Is porro ita plenior interpretatione Matthæi sensum expressit: Perchè egli non favorisce punto l'opinion di Gesuiti, &c. quasi quis Gallice diceret: il parait, qu'il ne favorise en aucune manière l'opinion des Jésuites: quod ego, verbum pro verbo reddens, Latine verti, liquet, eum nullatenus Jesuitarum opinioni favore. Quamquam enim parere idem plerumque, ac sembrare, & apparere; Latine videri, Italorum auribus sonet; frequenti tamen perinde usu (ut Italicæ Academiæ Lexicon (2) notat) accipi solet pro apparere, in significato di esser chiaro, e manifestato, Latine apparere, constare. Hanc porro secundam acceptionem ut in ea vertenda periodo usurparem, coegit partim insertum adverbium Italicum punto, Latine nullatenus, nullo proflus modo, quod cum constanti asseratione jungi postulat; partim ipsius, de qua hic agebatur, Epistolæ ratio, quam Molinianis opinionibus neutiquam adfavere, non modo videretur, sed certo liquet. Quid illic peccatum a me, quid studiosa fallendi voluntate vitiatum, atque corruptum? Illud tamen, qualecumque est, secunda ista editione emendatum habes.

Sequitur in laudatorum a me Cardinalium ordine Eminent. Contaremus, non ille quidem, ut monui, in Molinam ipsum, quam longo antecessit

(1) 1. p. 9. 23. art. 4. & 5. (2) Lib. 2. c. 9.

(1) An. 1691. (2) Vocabolario degli Accademici della Crusca.